



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118790

§. 159. Quæstio de Gratia ex se efficaci aliorum Patrum auctoritate in decima, & undecima Sessione agitata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67204)

sententia, non obstantibus ex adverso pro- **Sæc. XVII.**
ductis ex Scripturis, quæ ad rem præ- **A. C. 1605.**
sentem non spectant; & ex Concilio Tri-
dentino, quod non adversatur veritati as-
sertæ; aut testimoniis S. Augustini de cor-
reptione & gratia capite 12. quo potius
firmatur conclusio explicata, quod Deus &c.

Hac igitur ratione rursus confirma-
 batur Censorum iudicium olim in quinta
 Sessione pronuntiatum, obsistentibus
 Hieronymo Palantherio Episcopo Biton-
 tino & Bovio Carmelita.

§. CLIX.

Quæstio de gratia ex se efficaci alio-
rum Patrum auctoritate in de-
cima, & undecima Sessione
agitata.

Die decima quarta Decembris postre-
 ma hujus anni habebatur disputa-
 tio, in qua gratia ex se efficax ad tru-
 tinam aliorum SS. Patrum revocatur.
 Hanc in rem Bassida pluribus eorum-
 dem testimoniis comprobare satagebat,
 quod Sancti Patres omnem prædeter-
 minationem uti humanæ libertati ini-
 micam excludant, agere autem vel non
 agere, uti, vel non uti gratia, nostro
 arbitrio relinquant, necnon cum æquali
 gratia Petrum, non item Paulum con-
 verti ac denique necessitatem ex causa

Ss 2

ante-

Sæc. XVII antecedenti ortam libertati obesse, &
A. C. 1605. divinæ voluntatis modum in morali
 efficacia consistere asserant. Verum Lemosius omnibus his testimoniis nihil aliud evinci ostendit, quam quod hanc libere operetur, easque prævias determinationes, quæ fatalem necessitatem inferunt, Sancti Patres damnant intendunt: demum ubi Bastida FF. Predicatoribus objecerat, quod inspirationem internam in voluntate veram esse gratiam negarent, Lemosius id explicans inquit, quod ejusmodi gratia sit vera gratia, sed non talis, qualem S. Augustinus & Concilia contra Pelagium requirunt esse necessariam ad opera supernaturalia. His dictis soluta est disputatio, quam tamen primum sequenti anno die tertia Januarii legabatur Censuræ judicium hoc modo pronuntiatum: *Actum est de quinque capitulis, & de doctoribus productis a Patribus Societatis, ad impugnandam sententiam de physica præmotione, & prædeterminatione, quæ fit per antecedentem gratiam, adjuvantem efficaciter, & corroborandam sententiam suam de gratia efficaci, quæ consistit in illustrationibus, & invitationibus. Et ex diligenti locorum inspectione resolvit Congregatio, persistendum in Conclusionem factam, non obstantibus quibuscunque in contrarium productis.*